



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LXXVII. Praeceptum Karoli Burgundiae Regis pro Agilmaro Archiepiscopo
Viennensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

nobis ostendentes suppliciter petierunt ut eas per nostræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmare dignaremur. Quorum inquam petitionibus libenter assensum præbentes hoc altitudinis nostra scriptum fieri jussimus, per quod præcipimus atque firmamus ut quicquid pars iustæ & rationabiliter alteri contulit parti, sicut in memoratis commutationibus continetur, iure firmissime teneat atque possideat, & faciat exinde quicquid delegerit. Et ut hæc nostra confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmatatem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari.

Bartholomaeus Notarius ad vicem Hludovicum recognovit.

Data **xvi.** Kalend. Ianuarij anno **xv.** regnante Karolo glorioso Rege, Indictione **iiii.**

Actum Verno palatio regio in Dei nomine felicitate. Amen.

LXXXVII.

Præceptum Karoli Burgundie Regis pro Agilmario Archiepiscopo Viennensi.

An. 855. **I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ex chartu-
lario Eccle-
siae viorū rationabilib[us] annuimus, & eas
veluti oportet implere fatigimus, non solum ex
ritudinem fidelitatem sincerorem efficimus, verum
etiam reliquorum fidelium nostrorum devotionem
promptiorem erga nos reddimus. Quapropter
notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ
& nostris praefentibus & futuris quia Agilmarius
venerabilis vocatus Archiepiscopus nostram de-
precatus est magistratam ut res sua proprietatis
quas tam de paterna quamcumq[ue] materia hereditate
in regno Aquitanico atque Burgundie regali
vel etiam quolibet iustæ adepitus est iure, que
per diversa loca esse no[n]cuntur, vel quid deinceps
Christo proprio legiſter adquirere poterit, sub
nostra tuitione atque immunitatis defensione reci-
peremus. Cujus precibus annuentes, hos nostros
regales fieri jussimus apices, per quos præcipimus
atque fancimus ut omnes res memorati Agilmari,
quas nunc possidet, vel quas deinceps Domino
præveniente largitionis jure adipisci poterit, in
nostra manente tuitione atque immunitatis defen-
ſione, quatinus idem hoc fulsum munera eas abſ-
que cujusquam insidiantis tergiversatione gubernet
& gubernando prout decreverit follementer
possidat. Statuimus etiam ubique liberam per-
sonam super eius proprium manere decreverit, ut
inibi sub eius ordinazione quiete degat, nullam
iniquam contrarietatem sibi administratori-
bus inferre formidans. Et ut hec nostra ro-
borationis atque tuitionis auctoritas firmior ha-
beatur, manu propria subter eam firmavimus, &
anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis.

Data **viii.** Kal. Decembri regnante glorioſissimo Rege anno **iiii.** Indictione **iiii.** in villa
Theorinthe in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXVIII.

Præceptum Karoli Calvi pro Ecclesia Narbonensis.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. **An. 857.**
Karolus gratia Dei Rex. Si sacris locis divino
cultui mancipatis aliquid ex juris nostri rebus seu
Archiep[iscop]i Narbonensis conferte studemus, non solum in hoc beneficiis,
regiam exercemus dignitatem, sed maximum regni
nostrí munimen in hoc agente divina gratia esse
nullatenus dubitamus. Quapropter neverit omni-
bus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque
tam præsentium quam & futurorum folleria quia
complacuit clementia lenitatis nostræ ut ob
Dei amorem nostramque in futuro ab piissimo
judice retributionem quasdam res nostre pro-
prietatis sanctæ matris Ecclesiæ Narbonensis seu
Redensis, quæ fundata esse dicitur in honore
beatorum martyrum Iusti & Pastoris, cui sedi
præsidere cognoscitur divine vocatione Fredodus
venerabilis Archiep[iscop]us, que res sunt sita in
infra Narbonensem pagum, hoc est, prope Nar-
bona civitatem villares duos, qui nuncupantur, unus
Cafoles, & alter Aluncianus, & insula que vo-
catur Mandriacus, & infra insula Lici villarem
qui vocatur S. Agata, & alium villarem qui dici-
tur Curcuciacus. Vnde etiam altitudinis nostræ
præceptum hoc fieri jussimus, per quod memora-
tas res, cum omnibus rerum summa integritate,
cum vineis, filivulis, terris cultis & incultis, Ec-
clesiis, aquis, aquarumve decursibus, exitibus
& regressibus, & omnibus exterminationibus,
cum terminis & omnibus integratibus, totum
& ad integrum, veluti præmemoratum est, pre-
scripta matris Ecclesiæ sanctæ Iusti & Pastoris
beatorum martyrum partibus de nostro iure in jus
ac potestatem ecclesiasticam sollemniter transferim-
us, perpetuiterque habendas delegamus, sicut
reliqua ejusdem sanctæ sedis res ecclesiasticæ, vi-
delicet ut prescripta Ecclesiæ memoratus Fredodus
Archiep[iscop]us eas recipiens, ecclesiastico
iure in usibus jam fate Ecclesiæ tam ille quam
omnes sui succelfores abh[ic]que illa cujuspiam con-
tradicione per labientia tempora ordinent canonici
atque disponant legaliter. Ut autem hæc mi-
nificientia auctoritas firma valent perdurare, ma-
nu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri
impressione sigillari jussimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis.
Gislebertus Notarius ad vicem Hludovicum re-
cognovit.

Data **xv.** Kal. Marcias Indictione **iiii.** an-
no **xvi.** regni Domini nostri Karoli Regis.

Actum Cartifacio palatio in Dei nomine felici-
tate.

Hludolricus inclitus Matchio hoc ambasciavit.

